

aliquo casu et elapsa est! ^{et ea} quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere.

VII.—Nunc vero quae tua est ista vita? Sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? ¹¹Quid? Quod ¹²adventu tuo ¹³ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, ¹⁴qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque adsedisti, partem istam subselliorum ¹⁵nudam atque inanem reliquerunt, quo ¹⁶tandem animo hoc tibi ferendum putas?

17. ¹Servi ²meliorcule mei si me ³isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Etsi me meis civibus ⁵injuria suspectum tam graviter atque ⁶offensum viderem, carere me aspectu civium quam ⁷infestis oculis omnium conspici mallet: tu cum conscientia scelerum tuorum ⁷agnoscas odium omnium justum et jam diu tibi debitum, ⁹dubitas, quorum ¹⁰mentes sensusque vulneras, eorum aspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timere atque odissent tui nec eos ulla ratione placare posses, ¹¹opinor, ab eorum oculis ¹¹aliquo concederes: ¹²nunc te patria ¹³quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et jam diu nihil te iudicat nisi de patricidio suo cogitare: hujus tu neque auctoritatem ¹⁴verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces?

18. ¹Quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacita loquitur: ²Nullum jam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium ³neces, tibi vexatio direptioque ⁴sociorum impunita fuit ac libera: